

IACOBICO:  
MITIS PVRLILIA= RVM, DERE MILI= TARI LIBRI II.  
lam recens editi.

Io. Sapidus.

Prima salus pax est, sed si manus ingru  
Ut sunt pro rebus bella gerenda tuis.  
Ex hoc disce libro patrandi munia Martis,  
Arma, acies, pugnas, moenia, castra, duces.  
De quibus haud ulli melius scripsere priores.  
Hoc dignum crebro quod retlegatur opus.

Index omnium, in cale libri.

Argentorati, Anno M. D. XXVII.

Edita lib. El Corado

10-9-112



M A G N I F I C O V I R O N I  
COLAO RABENHAVBT A  
Sutche, serenissimi Pannonie & Bo-  
iemie Regis Consiliario &  
à secretis, Iacobus Spic-  
gel Sclestadtensis.

S. D. P.



Odicem de re militari, Nico-  
lae integerrime, quē diuno Fer-  
dinando Regi nostro, clarissi-  
mus Comes Piuliliarum supe-  
riori anno dedicauit, per te  
Maiestati sue reddendum re-  
mitto. Cum pellegrīcm cum  
per ocium, quod clementia Principis indulxit, illum ita  
perfectum atq; ad summum absolutum sensi, ut dignus  
esset, quod in multa, ab ijs qmiformis libros excudunt, ex  
emplaria transcriptus, ad eruditorum usum emitteretur.  
Quorum utilitati malam gratiam, si modo quam ob li-  
brum diutius aequo apud me retētum, incurri, anteponen-  
dā tamen esse censui. Omnis igitur qui ex huīus autoris,  
nulli etiam ueterum in hoc genere secundi, lucubratione  
fructus reportabitur, tibi acceptus refretur. Namego  
per te placatum mihi fore pollicor Regē, si perturbato  
animo tulcerit negligentius ad se remissum esse librum,

A 2 CHIKS

# FERDINAN

DOMAGNO HISPANIARVM  
Principi, Archiduci Austriae, felicitatem  
dicit Jacobus Comes Purliliarum.



TSI Turcariorum armatum exerceant excellentiam, & peritam quotidie in re militari reddant, tamen Princeps magnanime, nulla est in hac uita ars, quae non aliquo fine claudatur, sola militaris scientia, quae omnium periculosissima est, & cuius nutu totus regitur orbis, nullum habet, neque habebit unquam finem: quotidie noua consilia, nouae callicitates in Imperatoribus oriuntur: nouum bellandi genitus inuenitur: & denique nemo unquam satis peritus in hac arte fuit. In momento magna eucruntur regna, nec est pœnitentiae locus: pœna continuo sequitur errorem, nec leuis illa quidem, nam & exercituum interitus, & imperiorum mutationes sunt, ex quo summopere commedans est Princeps, aut exercituum Imperator ille, qui frequenter audit & legit, & cum peritis loquitur de re militari. Nam assidua ista meditatio plurimum illis proderit, & peritos in re militari faciet. Ex quo cum cognoscem

A ; scerem

## PROOE M I V M.



Leriq; & crudelissimi qui= dem, ac clarissimi viri de re militari non inelegāter, neq; inutiliter scripsere, qppc qui summa cum diligentia ac stu dio Imperatoris, militumq; officia prosequuti sunt. Sed ipsa stratagemata, quibus

*Imperatores & milites in bello, uel ipso in prælio uti consueuerunt, & ad sui tutelam, & ad hostium perniciem, parum in operibus suis attigisse uidentur, præter unum Frontinū virum consularem, qui satis commode, satisq; abunde ipsa descripsit stratagemata. Verum non inutile uisum est mibi, aliquid in hac re antiquis addere scriptoribus, & in hoc scribendi genere aliquantulum. Me quoq; laborare, quantumq; ingeniali nostri vires patiatur, nouas bellandi referre artes. Nam ex temporan uarietate, uarie quoq; bellandirationes & artes inueniuntur: & ut imperia mutantur, ita & nos quoq; in illis mutamur: noue in hominibus indies oriuntur calliditates, noua bellandi genera, noua expugnandi tuendiq; urbes reperiuntur. Nonnullis tamen hoc impossibile uideatur quantum ad stratagemata pertinet, ne dicam arduum, afferentes ipsa ex facto oriri, nec posse certam regu*

A 4 lam, &

## DE RE MILITARI

### De ratione belli suscipiendi.



Riusquam bella suscipiantur, iterum  
atq; iterum consultandum est, aniu-  
stam belli mouēdi causam soueris, ne  
rum nec hoc etiam satis ad bellū in-  
ferendum erit, nisi hac mente suscipi-  
as, ut in pace & quiete uiuas, non ut ex bello bellum sera-  
tur, quo nibil stultius, nihil immanus eſſet. Sed si pœni-  
tentia inferentis iniuriā, aut alio modo tibi satisfieri pos-  
ſit, impium & crudele admodum eſſet & ferarū potius  
quam hominū bellum cuiquā inferre, cæca libidine domi-  
nandi, aut diuitiarum cupiditate, & quem uerbis poſſis,  
gladio ſuperare: Quod autem dico de pœnitentia, de ue-  
ra non ficta, non simulata intelligo, & ni manifestum im-  
mineat periculum, ne talis impunita iniuria alios ad ſumi-  
liter inferendum tibi excitatura ſit, tunc enim celeriter  
& ſæuc ulciscenda eſt. Si quod tamen damnum cum iniur-  
ia tibi factum eſt, illud reficiendum erit, & proderit ti-  
bi multum quo ad hominum existimationem, Verum fi-  
non temere times, quod contra te aliquis, aut potentior  
te, aut æqualis bellum ſuscepturus ſit, tunc consilium eſt,  
ut arma tu illi prior inferas, quoniam maior inferēti, quam  
propulsanti animus eſſe ſolet, quemadmodum in bello  
prius ex hybernis milites deducere, necnon & in atiem  
exercitum dirigere & hostes aggredi perutile eſt, hoc  
enim

ARGENTORATI, IOHANNES  
CNOBLOCHVS EX  
CVDEBAT. ANNO,

M. D. XXVII.

